

141. 15  
DISSERTATIO  
INAUGURALIS  
DIPLOMATICA  
IN DAGOBERTINUM  
HORREENSE,

QUAM  
UNA CUM PARERGIS, EX UNIVERSO JURE  
DELIBATIS  
PRO  
CONSEQUENDO JURIS UTRIVSQUE  
DOCTORATU

IN  
AULA MAJORE ANTIQUISSIMÆ TREVIRENSIS

DIE 27. SEPTEMRIS HORA 9.

PUBLICÆ DISPUTATIONI  
SINE PRÆSIDE PROPOSUIT  
PETRUS FRANCISCUS COENEN,

CONFLUUS,

AB INCLYTA FACULTATE JURIDICA

Post exercitatoriam, tentamen, & examen rigorosum  
ad hoc postremum specimen  
admissus.

---

AUGUSTÆ TREVIORUM, TYPIS ESCHERMANNIANIS.

*2*  
*minim*

*von Gaim*

*mm*

REVERENDISS  
PRIN  
D. CL  
WEN  
RCHI - EPI  
S. R. I. PER GALL  
ARCHI-  
PRINC  
PISCOPO AUG  
WACENSI, ADMIN  
NCIPI REGIO POL  
KONLÆ, JULIÆ.  
WESTPHALLÆ, I  
IONI MISNÆ, NEC  
LUSATLÆ, COMIT  
COMITI MARCH  
ET HANN  
RAV  
DOMINO MI

REVERENDISSIMO, ET SERENISSIMO  
PRINCIPI, DOMINO

D. CLEMENTI  
WENCESLAO,

ARCHI - EPISCOPO TREVIRENSI,

S. R. I. PER GALLIAM, ET REGNUM ARELATENSE

ARCHI-CANCELLARIO,

A C

PRINCIPI ELECTORI,

EPISCOPO AUGUSTANO, COADJUTORI

ELWACENSI, ADMINISTRATORI PRUMIENSI PERPETUO,

PRINCIPI REGIO POLONIÆ, ET LITHUANIÆ, DUCI

SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ, MONTIUM, ANGARIÆ,

ET WESTPHALIÆ, LANDGRAVIO THURINGIÆ, MAR-

CHIONI MISNIÆ, NEC NON SUPERIORIS ET INFERIORIS

LUSATIÆ, COMITI - PRINCIPI HENNEBERGENSI,

COMITI MARCHIÆ, RAVENSBERGÆ, BARBII,

ET HANNOVIÆ, DYNASTIÆ IN

RAVENSTEIN &c. &c.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

REVERENDISSIMO, ET SERENISSIMO  
PRINCIPIS, DOMINO

D. CLEMENS  
WENCESLAVO

ARCHIEPISCOPO TREVIRENSI  
S. R. I. PER GALIAM, ET REGNUM ARLENTENSE  
ARCHICANCELLARIO,

PRINCIPIS ELECTORI,

EPISCOPO AUGUSTANO, COADJUTORI  
ELECTORIS, ADMINISTRATORI PRINCIPIS ELECTORIS  
PRINCIPIS REGIO POLONIE, ET LITHUANIE, DUCI  
SAXONIE, JULIE, CLIVIE, MONTIUM, ANGLIE,  
ET WESTPHALIE, LANDBRACHIO THURINGIE, MAR  
CERATI MARCHIE, nec non SUPERIORIS ET INFERIORIS  
LUSATIE, COMITIS PRINCIPIS HENNEBERGENSIS,  
COMITIS MARCHIE, RAVENBERGIE, BAVARIE  
ET HANNOVIE, DUCIS  
RAVENSTEIN & C.

DOMINO MEO CLEMENISSIMO

REVERENDISSIMO  
ARCHIEPISCOPO  
S. R. I. PER  
DOMINE DO



quod hactenus fuisse  
regionis inter alia salu  
calemica, que rhetori  
vna elementa condisce  
tractatus legendo, ac

REVERENDISSIME, AC SERENISSIME  
ARCHI-EPISCOPE,  
S. R. I. PRINCEPS ELECTOR,  
DOMINE DOMINE CLEMENTISSIME.



*S*i in antiquissimâ Trevirorum, quæ majorem à Tuâ Serenitate Electorali accepit, & porrò acceptura est splendorem, Universitate majores nostri solertiùs observâssent id, quod Eadem mox primo anno felicissimi, quod hætenùs fuisse gaudemus, duraturum longissimè speramus, regiminis inter alia saluberrima constituit, ut jam maturè illa pubes academica, quæ rhetoricis adhuc imbuitur doctrinis, rei diplomaticæ prima elementa condiscere incipiat, veteres cujusque sæculi scriptos characteres legendo, ac dignoscendo, si, inquam hæc meæ ætati obve-

obvenisset felicitas, profectò specimen hujus artis plenius multò at-  
que perfectius ad Thronum Electoralem deponere possem. Sed,  
cùm seriùs, & quidem nunc modò inter Ss. canonum, legum, alia-  
rumque jurisprudentiæ partium infinitam penè multitudinem anti-  
quarum cartarum crisin delibare inceperim, clementiùs feres, Prin-  
ceps Clementissime, quòd Celsissimo Tuo Nomini inscribere non  
verear pagellas hâsce primordiales, testes qualescunque mei, non tam  
in præclarissimâ hâc antiquitatum peritiâ profectus, quàm enixi in  
eandem affectus, & quod isto amplius est, obsequentiissimi Tuo  
sapientissimo jussui impensè famulatus, quantum credo, inter aca-  
demi-

ademicos primi, cum  
rentum & cognatorum  
rum, & bodieque dese  
ELECTORALIS hui  
tionis meæ, & conse  
Serenissimorum propri  
renati, sed assiduo,  
brevis membrana, no  
sermonis, sed libri, ty  
pisi, posteris eternuq

demicos primi, cum Deo & die impensurus majorem, exemplo pa-  
rentum & cognatorum meorum, Trevirensibus servitiis immortuo-  
rum, & hodieque deservientium. Dignetur SERENITAS TUA  
ELECTORALIS hunc tenuem conatum in demississima subjec-  
tionis meae, & consecrationis pignus pro conatâ sibi eutrapeliâ,  
Serenissimorum propriâ, gratanter acceptare, cum voto, non vi-  
cennali, sed assiduo, longævi Principatûs, cujus res gestas non  
brevis membrana, non obscurus character, non barbaries latini  
sermonis, sed libri, typus, omnisque adulationis expers elegancia  
stili, posteris æternùm conservent. Dignetur clementissimus pater  
esse

esse orphano, qui cum matre viduâ suo advolutus conspectui  
clementissimæ protectioni se commendat, profundissimè flexis ge-  
nibus perseveraturus

**SERENITATIS TUÆ ELECTORALIS**

*Servus ac Subditus humillimus*  
P. F. COENEN.



*in nomine scē orō*


*signū da g o b e r*  
D

*latus conspectu  
sine flexis ge  
RALIS  
Soboles danielis  
F. COENEX*

Domine scilicet et individue trinitatis

A Dagobertus diuina preordinante providentia rex  
B Dagobertus diuina preordinante providentia rex

signum Dagoberti regis



monogramma



ure

E Dagobertus rex  
D Dagobertus rex

F Dagobertus rex  
D Dagobertus rex

dominante providentia rex  
dominante providentia rex

*huus rex sub s*  
h u s R e x s u b s

*huus rex sub s*  
h u s R e x s u b s

DE S. IRMINA  
Benedicti Dor  
Abbatissâ, H

collegit cartas, quar  
ima verò in controver

\* Tom. I. Primam pag  
donationem Sanctæ  
pag. 92. Testament  
pag. 93. donationem  
alluit Mosella supra  
sit sincerum diploma,  
verò secundi, sive ne  
Dagoberti I. filio. Si  
Mosenius S. J. in An  
Broueri S. J. contra  
bit diploma. Spiritus  
Propylæo Antiquario, c  
lis præmisit, & ibid.  
cesserunt postea alii qu  
cartam ad Dagobertum



## I.

**D**E S. IRMINA Virgine, Perillustris Nobilium Ord. S. Benedicti Dominarum, fundatrice, primâque vulgatâ Abbatissâ, Historia diplomatica Trevirensis \* quatuor collegit cartas, quarum tres posteriores aggressore vacant, prima verò in controversiam tracta fuit ab eruditis.

\* Tom. I. *Primam* pag. 86. *Dagoberti Regis*, *Secundam* pag. 90. donationem Sanctæ pro S. *Willibrordo* Epternacensi, *Tertiam* pag. 92. Testamentum illius pro eâdem Abbatia, & *Quartam* pag. 93. donationem villæ *Berg*, constitutæ in monte, quem alluit Mosella supra *Sirckium*. De *Dagobertino* solo lis est, an sit *sincerum diploma*, & *cujus Dagoberti*, an *primi*, sive *Avi*, an verò *secundi*, sive *nepotis* ex S. *Sigeberto* III. *Austrasiæ* Rege, *Dagoberti* I. filio. *Sincerum diploma* esse, contendit *Jacobus Masenius* S. J. in *Annot. XIII.* ad Tom. I. *Annal. Trevir. C. Broweri* S. J. contra *Adrianum Valesium*; & *Dagoberto* I. adscribit diploma. *Spurium* econtra dixit *Daniel Papebrochius* S. J. in *Propylæo Antiquario*, quod ipse Tomo II. *Act. SS.* mensis *Aprilis* præmisit, & *ibid.* *Alexander Wilhemius* ejusdem Societ. Accesserunt postea alii quidam, quasi *medicaturi*, referentes dictam cartam ad *Dagobertum* II., *primi*, ut dixi, *nepotem*.

Horreenfis *Dagobertini* non fuisse exactè transumptum originale, sed hinc inde vitiatis nominibus propriis, mutilè, & cum interpolationibus, causabantur nonnulli: quapropter ipsum originale rursùs à tribus studiosè inspectum, cum exemplari, quod in *Hist. dipl. Trev. pag. 86.*, exhibetur, collatum, editionis hujus defectus correcti, & quæ omiſsa erant, suppleta fuerunt. \*

\* Carta inventa est prorsùs sana & illæsa, per omnia sine multâ difficultate legibilis, tenoris sequentis: *In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis. DAGOBERTUS* divinâ preordinante providentiâ Rex. *Si ecclesiasticis negotiis, & servorum & ancillarum Dei utilitatibus quæque necessaria providerimus, & de nostris rebus aliquod beneficium conferre studuerimus, id nobis ad temporalis nostrî regni statum, & eterni promerendum premium incunctanter credimus profuturum. Comperiat ergò omnium sancte Dei ecclesie fidelium, presentium & futurorum, industria, quia rogatu dilectæ conjugis nostræ Regine NANTHILDIS* monasterio, in Trevericâ valle in honore sancte Dei genitricis ab Irminâ filiâ nostrâ constructo, & sanctimonialium coadunatione decorato, ex rebus proprietatis nostræ in PAGO MUSELENSE ( malè Masenius & Calmetus posuère Murlense; est enim s, antiquitùs scribi solitum instar nostri r. ) in MARCA BURENSE has villas, Machere Lorricke, Baldebrunno, Hildenesheim, Walcheim, Speia, Brunneche, cum terris cultis & incultis, vineis, molendinis, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarûmque decursibus, viis & inviis, exitibus, & regressibus, & quidquid habuimus, legali autoritate contradidimus, eâ scilicet conditione, ut pauperes Christi inde in reliquum temporalia subsidia habituri, eterne vite subsidia nobis supplicationibus suis apud Deum possint preparare. Preterea & fidelibus nostris tam presen-

tibus, quàm futuris  
nostra IRMINA allo  
patu in his locis, Lo  
basilice subiectâ, Bal  
ad eandem loca justè &  
MANNO scilicet  
remedio anime sue  
quod vocatur HO  
valle fitis, & extra  
FELD, Willavei,  
manum cum omni  
sanctimonialia, inibi  
lantes, in iisdem b  
patiantur, sed victu  
dine consequantur.  
nostra, stabiliorum  
preceptum hoc inde co  
sigilli nostri impressio  
incarnationis dominic  
GRIMOALDI maj  
berti secundo. Act  
Signum Dagoberti Res  
litteris uncialibus.  
Vide iconem lit. D.  
Ita quoque edidit A  
Historiæ Lotharing  
mina villarum corri  
ita, ut nulla haften  
detur indicare Canc

tibus, quam futuris notum fieri volumus, qualiter dilectissima filia nostra IRMINA allodium suum, quod in LAUDUNENSI episcopatu in his locis, Loosa cum basilicâ unâ, Ancia cum capellâ prefate basilice subjectâ, Balbengis, Waritengeis, cum omnibus appendiciis ad eadem loca justè & legaliter pertinentibus, à sponso suo, HERMANNO scilicet comite, in dotem legali traditione suscepit, pro remedio anime sue & predicti sponsi sui, ad iddem monasterium, quod vocatur HORREUM, cum XL. mansis in ipsâ Trevericâ valle sitis, & extra urbem istis villis, ORNAVA, MUNZELFELD, Willavei, Ruzvurt, Wintarasdorff, Robeva, per nostram manum cum omni integritate contradidit, eâ scilicet ratione, ut sanctimoniales, inibi Deo sancteque genitrici ejus perpetualiter famulantes, in iisdem bonis nullius persone magne vel parve violentiam patiantur, sed victum & vestitum inde semper absque omni inquietudine consequantur. Et ut hæc præsens traditio, tam sua, quam nostra, stabiliorem in Dei nomine semper possit habere firmitatem, preceptum hoc inde conscriptum manu propriâ subterfirmavimus, & sigilli nostri impressione insigniri jussimus. Actum anno DCXLVI. incarnationis dominicæ, indictione quartâ, VII. KL. Sept. per manus GRIMOALDI majoris domûs regiæ. Anno regni domni Dagoberti secundo. Actum Treviris in Dei nomine feliciter amen.

Signum Dagoberti Regis

Monogramma

Sigillum

Dagoberti

ejus, ut lit. B.

Literis uncialibus.

ut in icone. lit. C.

DAGOBERTUS

Vide iconem lit. D.

CIRE.

Ita quoque edidit Abbas Senon. Calmetus inter probationes suæ Historiæ Lotharingicæ. Tom. I. pag. 252., paucis quoad nomina villarum corrigendis, & omisâ Dagoberti subscriptione, ita, ut nulla hætenus editio sit accurata. Verbum CIRE mihi videtur indicare Cancellarium.

Obsoletius est pergamenum, character tenuior, sive gracilis, secus, quam *Dagobertinum S. Maximini*, utpote quod habet densiores litteras, fortiore calamo pictas, \* sigilli peripheria fracta, in quo obscurior se recondit imago vultus minimè ex fundo ceræ elevati, cera coloris fusci, quasi cinerei; visibiles sunt solæ literæ DAGOB, & A in fine circuli, intermedio vestigiis characterum carente, prout eam exhibet *Papebrochius*. \* \*

\* *Papebrochius Aët. Ss. Tomo II. April. tab. 1. post pag. 12.* excudi fecit 4. lineas initiales, nec non duas finales *Dagobertini San-Maximiniani*. Subjunxit unam lineam initialem *Dagobertini Horreensis*, & verba uncialia: *Signum Dagob cum figurâ monogrammatica, & sigilli*, ut character characteri, sigillum sigillo comparatum, eò plus facerent illucescere discrimen utriusque.

\* *J. Masenius loc. cit. pag. 609.* diversum planè sigillum, errore certo, exhibet, majoris diametri, marginis integri, figuræ ejusdem, quam habet *Dagobertinum S. Maximini*: profecto *Horreense* sigillum non est tale, ut comparanti effigiem *Papebrochianam* cum *Maseniâ* mox saliet in primum oculi conjectum: integra verba refert hæc: D † GRACIA DAGOBERTVS REX, non secus, quam *San-Maximianum*. Potuit hinc nasci falsus ille rumor, idem esse sigillum *Horreensis*, quod *San-Maximiniani* diplomatis: voluit autem *Masenius* sigillum *Dagobertinum Horreense* dare, non quale suo ævo erat, sed quale ab initio fuisse sibi imaginabatur: super quo ejus sodalis D. *Papebrochius* in *Propylæi cap. 3.* sic exclamat: *sed! O quàm dissimilis à vero veri Dagoberti sigillo! Et tamen bonus Masenius, non dubitans de Horreensis membrana veritate, nihil*

se peccatum credi  
dem longè minor  
miniani sigilli, tam  
impresum inveniret  
umbra à luce, licet u  
infra collum nudu  
trum, cujus summi  
luculentè in San-Ma  
nihil videris, nihil

Characterum form  
nense diploma esse cr  
letur aberrâsse. \*

\* Nam si conferas,  
H. Lotharii, Ottonis  
ti, videbis fortiores  
Dagobertinis, quæ  
plemento pag. 70.  
rum successivè incr  
tibus. Literæ, di  
S. Maximini, nisi a  
maximus apex plus  
bus in eodem verbo,  
mè grandibus, qual  
nullæ apparent: ipse  
& lectionis difficultio

Deinde monogrammatica

*se peccaturum credidit, si pro obscuris illis Horreenfis ceræ, & quidem longè minoris, ductibus repræsentaret formam San Maximiniani sigilli, tanquam si illud ipsum etiam Horreenfi membranæ impressum inveniretur.* Differt autem alterum ab altero, sicut umbra à luce, licet utrobique sit forma hominis palliati cum nodo infra collum nudum versùs dexteram, sinistrâ tenentis sceptrum, cujus summitas in tres partes, instar floris liliï dividitur luculentè in San-Maximiniano, in Horreenfi ultra truncum sceptri nihil videris, nihil de coronâ reliquum, quod caderet in oculos.

IV.

Characterum forma movit *Papebrochium*, ut diceret, *Horreense* diploma esse creaturam sæculi XI; neque in eo mihi videtur aberrâsse. \*

\* Nam si conferas, quæ ibi excudit ære diplomata, *Caroli M.*, *H. Lotharii*, *Otonis I.*, *Henrici II.* cum San-Maximiniano *Dagoberti*, videbis fortiorem calamum in isto; nec non in aliis pariter *Dagobertinis*, quæ *J. Mabillonius* excudit pag. 374., & in Supplemento pag. 70.; nempè gracilioritas, & subtilitas characterum successivè increvit, major in sæculo XI., quàm præcedentibus. Literæ, dictæ *unciales*, nullæ apparent in *Dagobertino S. Maximini*, nisi aliquantulum in solo verbo *signum*, cujus tamen maximus apex plùs unâ tertiâ minor est uncialibus *Horreenfis* in eodem verbo, & sequentibus (vide iconem lit. D) apprimè grandibus, quales in chartis *Austrasianis* ante *Carolum M.* nullæ apparent: ipsa ibi literarum conformatio implexior est, & lectionis difficilioris, quàm in *Horreenfi* cartâ.

V.

Deinde *monogrammatibus* modum pro argumento falsi assumit



idem Hagiographus, eò quòd antiquiora Regum sint *cruciformia*, istud verò *quadratum*. \*

\* Et sanè *Dagoberti* I. monogramma apud N. Zyllesium in Defensione S. Maximini part. 3. pag. 10., nec non apud *Papebrochium* pag. 12. tab. 1. cruciforme est. Hoc genere quoque *Carolus* M. adhuc usus est ibid. tab. 3. *Quadrata* monogrammata, præsertim *cum cruce decussatâ*, seriùs usitabantur, ut per effigies ostendit *Papebrochius* ibid. cap. 4., & videre est ex schemate integri folii apud Carol. du Fresne verbo: *monogramma*: sunt autem hæc *quadrata-decussata* Imperatorum & Regum *Germanicæ*, nullum *Franciæ* Regum. Ad hæc nostrum, sicut in icone vides hîc, & apud *Papebrochium*, caret E, abundat R, urpote, quod initio basis solum, in medio junctum T, conspicitur, neque nominativum casum: *Dagobertus*, exprimit, sed genitivum *Dagoberti* contra formam & indolem monogrammatum, quæ vice subscriptionis sunt, proinde nominativi casûs.

## VI.

Animadvertitur quoque *locus insolitus*, in quo istud monogramma positum est; cætera nempe solebant calamo formari immediatè post verbum: *Signum*, aut certè adhuc ante quædam verba illius contextûs; \* in nostro autem cernitur, modò post integra præmissa verba: *Signum Dagoberti Regis*. Vide iconem lit. C.

\* Vide *Nicolaum Zyllesium* in defensionis part. 3. pag. 9., ubi monogramma mediat inter verbum: *Signum*, & verba: *Dagoberti Regis*: adde J. *Mabillon*. lib. 5. de re diplom. pag. 386. in tab. 23., ubi Monogramma *Caroli* M., & iterum pag. 389., item pag. 394; in illo *Ludovici pii*, nec non pag. 401. & 402.,

ubi alia exempla.  
pag. 99.

Alia item excepti  
diphthongo æ, quæ n  
tridæ, hæc, app  
orum, expressa per

\* Anterioribus sæcul  
studiosè ceber.  
nus, quando cum  
rali Palatinâ, anno  
examinabat: Ve  
ad significandam  
ponebant, ut in  
lib. 2. de re diplom  
bendi diphthongur  
liorum in Biblioth

Post formam pergar  
vileste conjugis nostre  
nam diploma clarè in

\* Hic enim *Dagobertus*  
Franco-Saxonem,  
Scribit *Aimoni*,  
De Gestis Franc. lib.  
& Romuliano villâ  
sua *Sicildis* Germa

ubi alia exempla. Lege desuper *Chronicon Gottwicense* lib. 2. pag. 99.

VII.

Alia item exceptio contra præsens diploma desumitur ex diphthongo æ, quæ non, nisi tribus in verbis, videlicet *sanctæ*, *individuæ*, *hæc*, apparet, cæteroqui, more sæculorum posteriorum, expressa per simplex e. \*

\* Anterioribus sæculis hoc non erat usitatum, quod etiam observavit studiosè celebr. Professor Histor. Argentin. J. Daniel *Schæpfflinus*, quando cum suis duobus Sodalibus de societate literariâ Electorali Palatinâ, anno 1768. mense Julio diplomata San-Maximiniana examinabat: Veteriores cartæ aut hamulum addebant infra e, ad significandam æ diphthongum, aut a & e separata juxtâ se ponebant, ut in voce: *praesbyter*, *saecula*; de quo *Mabillonius* lib. 2. *de re diplom. cap. 1. num. 11.* Utrumque modum scribendi diphthongum æ per ae, & e exhibet rarus Codex Evangeliorum in Bibliothecâ S. Simeonis Treviris, qui est sæculi VII.

VIII.

Post *formam* pergamus ad *materiam*. Dicit carta 1. ) *Rogatu dilectæ conjugis nostræ Regine NANTHILDIS*. Per hanc Reginam diploma clarè indicat *Dagobertum I.* \*

\* Hic enim *Dagobertus*, non alius, *Nantbildem* habuit, puellam Franco-Saxonem, egregiæ formæ, *ex monasterio raptam*, sicut Scribit *Aimonius*, monachus Floriacensis ad Ligerim Sæc. X., *De Gestis Franc. lib. 4. cap. 19.* *Dagobertus Parrhifios devenit, & Romuliaco villâ constitutus, Gomatrudem Reginam (novercæ suæ Sicildis Germanam) eò quòd esset sterilis, consilio quorundam*

Francorum relinquens, NANTILDEM quandam puellam, A MONASTERIO RAPTAM, in matrimonium sibi junxit. Desumpsit hæc Aimonius ex Fredegario Scholastico, Sæculi VIII. Historico, de quo lege Commentar. critic. Exim. P. Henrici Schütz S. J. Ingolstadiensis Histor. Professoris, pag. 139. Quædam verò exemplaria Fredegarii legunt: ex ministerio, scilicet aulico Reginæ: si retineatur Aimonii lectura, non tamen sequetur, à Dagoberto raptam fuisse Vestalem, aut Monialem; cùm eo jam tempore solerent puellæ sæculares educari in monasteriis, sicut nostro.

## IX.

Sequitur, S. Irminam non fore natam ex justis nuptiis; quia non licuit Regi, Gomatrudem, primam legitimam conjugem & reginam, ex capite sterilitatis repudiare, & Nantildem eidem viventem superinducere.

\* Fatetur hoc Jac. Masenius in Notâ XIII. ad Tom. I. Broweri num. 20., ubi in margine habet: *Irmina ante Gomatrudem dimissam ex Nantilde nata*; in contextu autem sic explicat summarium suum: „ *His ita constitutis quaeritur*: quando & quomodo ex Dagoberto & Nantilde intra annorum 14. periodum & nasci, & nubilis esse Irmina, sororesque (videlicet Adela, & Ragentrudis) potuerint, cùm pluribus ante mortem annis Nantildem Rex non duxerit? Cujus quaestionis apud continentem admittam Regem difficilis esset resolutio; sed, cùm in ministerio suo Rex Nantildem præ Gomatrude dilexerit, illamque proli gratiam adsciverit, aut statuendum, Irminam JAM ANTE ex illâ natam, aut hæc admitti tanquam filia non poterit, quod postremum cùm historica nequaquam fides patiatur, prius erit concedendum. „ Sed quâ fide historicâ accepit Masenius, S. Irminam fuisse illegitimè, imò ex damnato coitu natam?

Quâ

Quâ fide, eandem censent Popebrochium lem ego deferere S. Irmina admittentem

Alii sic emendant Machtildem, & consueverunt potem.

\* Godefridus Henzelavi II. ad tom. 3. schema genealogibus Dagobertis à ca. lib. 15. num. 4., ubi à margine originale in aliud nominatum Sed hoc ipsum erat enim agitur hic de nuenfis exemplar erpositam personam illud accusat, & tamen sonarum privatarum nalia bullarum, sed scriba regius ignorat

Dicit carta 2. ) Monasterii Dei Genitricis ab IR. matrimonialium coadunatum

Quâ fide, eandem fuisse filiam *Dagoberti I.*, nec potius *II.*, ut censent *Papebrochius*, *Henschenius*, *Eckardus*, *Honthemius*? Mallem ego deferere documentum, quàm istam maculam natalium *S. Irminæ* admittere.

X.

Alii sic emendant cartam, ut *Nanthildi* Reginæ substituunt *Machtildem*, & consequenter *Dagoberto I.* avo *Dagobertum II.* nepotem.

\* *Godefridus Henschenius S. J. Hagiographus in Exegeti præliminari II. ad tom. 3. Martii cap. 4. num. 30.*, ubi pag. XIII. reddit schema genealogicum, remittens ad lib. 2. Diatribæ suæ *de tribus Dagobertis* à cap. 6. usque 14. *Eckardus* rer. Franc. Tom. I. lib. 15. num. 4., & sequitur *Hist. dipl. Trev. Tom. I. pag. 86.* ubi à margine pro *Nantilde* clarè in contextu positâ, quam originale in aliud nomen convertere non finit, notat *Machtildem*. Sed hoc ipsum erat authenticam hujus instrumenti maculare; non enim agitur hîc de emendando aliquo *transumpto*, quasi Amanuensis exemplar erroneè descripsisset ex originali: in originali positam personam qui mutat, eo ipso jam falsæ personæ positæ illud accusat, & falsi argumentum confecit. Equidem in personarum *privatarum* nominibus sæpè quoque errant ipsa originalia bullarum, sed non in nominibus *Reginarum*, quæ nullus scriba regius ignorat.

XI.

Dicit carta 2. ) *Monasterio in Trevericâ valle in honore sancte Dei Genitricis ab IRMINA filiâ nostrâ CONSTRUCTO, & sanctimonialium coadunatione DECORATO*: constructio igitur

B

monasterii, & virginum Deo sacrarum coadunatio, non Dagoberto Regi, sed filiae *Irminæ* attribuitur; id quod tam ætatem adultam *ad inchoandum*, quàm plures annos *ad perficiendum* requirit. \*

\* Desidero ergò ad minus *anno secundo* Regni *Dagoberti* annos *S. Irminæ octodecim*, sive plenam pubertatem; aliàs scribi debuisset: *à nobis pro filiâ nostrâ Irminâ constructo*. Computa nunc ab anno Christi 646. usque ad annum quintum Childeberti III. Regis, quo *S. Irmina* monasterio Epternacensi posteriorem donationem fecit, videlicet usque ad annum 700., & habebit ætas *S. Irminæ*, additis 18., tunc temporis 72. annos; oportet igitur eam ortam esse mundo anno Christi 628., quo ipso *Dagobertus* I. Eckardo & aliis auspiciatus est *regnum totius Franciæ*, adhuc Princeps optimæ laudis, necdum superinductâ repudiatæ Gomatrudi Nantilde, cujus prior cum *Dagoberto* Rege adulterina consuetudo gratis à *Masenio* adstruitur.

*Additio*. Observa etiam, hîc *S. Irminam* non vocari *Abbatissam*, sicut vocat seipsa in tribus aliis cartis, pro Epternacensi monasterio datis; imò nequidem dicitur *virgo Deo sacrata*, ex quo dubitationi non levi exponeretur communis historia, quòd *S. Irmina* fuerit *prima* hujus perillustri Parthenonis *magistra*, vel *abbatissa*; cur enim hoc omisissent parentes? Lege *Papebrochium* in Propylæi part. 1. cap. 1. *Tribemius* apud *Brower*. *Annal. Trevir.* lib. 7. num. 97. in fin. hunc tradidit primarum *Abbatissarum Horreenium* ordinem: *Irmina, Modesta, Anastasia, Basilissa*.

## XII.

Dicit carta 3. ) *Actum anno DCXLVI. incarnationis dominice, indictione quartâ*. Hic sunt duæ notæ falsitatis, nempè 1. ) *Æra Dionysiana, aut vulgaris, \** & 2. ) *Indictio; \*\* secus*

nam in Dagoberto  
anno regni nostr

\* Annos diploma  
nondum viginti  
totum sæculum  
aliter signari an  
sens Dagobertus  
pag. 119., quod  
formam censetur  
vingicos Reges

J. Mabillonius,

5. & cap. 26. m

Abbatis Godefr

historiam hujus

adstipuletur in

argumenti J. M

6. sic scribit:

„ sphenio, adject

„ stent, factum

„ consultè, quod

„ Imperatorum

„ ce annorum n

„ vel fide, vel

„ mata crederent

„ naque regum i

„ jusque exordio

„ nôset distingue

„ ferre. Et quia

„ dium querebant

„ nobis ignorant

„ quòd plerique

quàm in *Dagobertino S. Maximini*, ubi : *actum pridie nonas Aprilis, anno regni nostri XII.*

\* Annos diplomatum *ab Incarnatione Domini* notandi mos tunc nondum viguit. Lege in *Histor. Diplom. Trevir.* cartas per totum Sæculum VII., imò & ulterius, & non deprehendes aliter signari annos, quàm à regnis Principum; excipe præsens *Dagobertinum*, & *Epternacense* Pipini Regis de an. 752. pag. 119., quod *Rmus & Illmus D. Hontbemi* post alios quoad formam censet omninò spurium esse, & confictum. *Mero-vingicos* Reges *ab annis incarnationis* perpetuò abstinuisse, docet *J. Mabillonius*, rei diplomaticæ expertissimus *lib. 2. cap. 23. num. 5. & cap. 26. num. 3.* Adstipulatur *Chronic. Gottwic.* doctissimi Abbatis *Godefridi Bessel* *lib. 2. cap. 1. num. 30. pag. 133.*, ubi historiam hujus moris successivè introducti tradit. Et quis non adstipuletur in hac re vel modicè tinctus? Sensit vim hujus argumenti *J. Masenius*; quapropter in *Not. 13. cit. num. 5. & 6.* sic scribit: „ Quæ subscriptio fortasse, ut visum est Hen-  
 „ schenio, adjecta corruptè fuerit, cum nec ipsi sibi anni satis con-  
 „ stent, factumque illud à majoribus nostris locis pluribus in-  
 „ consultè, quòd, cum tempore *Caroli M.*, ac sequentium  
 „ Imperatorum, Regumque per Germaniam, Galliamque his-  
 „ ce annorum notis signatas ejusmodi tabulas deprehenderent,  
 „ vel fide, vel antiquitatis existimatione, sine his annis diplo-  
 „ mata crederent destituenda esse; cum pauci tempora, nomi-  
 „ naque regum id ævi regnantium (*quorum annis, à regni cu-*  
 „ jusque exordio petitis, *sub Dagoberto signabantur pleraque*)  
 „ nòset distinguere, atque in sedem antiquorum sæculorum re-  
 „ ferre. Et quia ejusmodi ignorantia, confusionisque reme-  
 „ dium quærebant, ab annis Christi, vel passi vel nati, suam  
 „ nobis ignorantiam testati, majorem confusionem induxere,  
 „ quòd plerique imperiti, & suo quisque studio, ingenioque

„ annos regam, Christi que, atque *indictionum* composuerint,  
 „ & multum hoc pacto de fide diplomatum apud peritos histo-  
 „ riarum, & antiquitatis gnaros detraxerint. Verum, quam-  
 „ vis non censeam, hoc argumento annorum Christi adjecto-  
 „ rum, *ceu infallibiti*, diplomata vetera corruptionis argui pos-  
 „ se, quod jam ante complures Dagoberti annos, haud mul-  
 „ tum à quinto sæculo Dionysius Exiguus, Romani monasterii  
 „ antistes, æræ Christianæ vulgasset in Galliâ computum; ta-  
 „ men siquid inde justæ suspitionis in quibusdam diplomati-  
 „ bus oriatur, non idcirco statuendum est, IPSO IN COR-  
 „ PORE, rerumque tractatione, aut fundorum, ac privilegio-  
 „ rum concessione, vitata esse, nisi alia hujus falsitatis argu-  
 „ menta deprehendantur. Veruntamen 1) Aera Christiana,  
 licet ante medium Sæculi VI. jam inventa, seriùs tamen pro-  
 pagata, & acceptata, sæculo VII. toto, nedum medio, in re-  
 gum Francorum literis publicis nondum usitata fuit: unde ex  
 notis litterarum, à stylo curiæ, papalis, vel regalis, alienis  
 desumitur argumentum *moraliter & juridicè certum; infallibile*  
 autem prætereundum nimium est. 2) Non potest hic esse sermo  
*de adjectione* annorum incarnationis *posterioris factâ*; omnia enim  
 sunt simul conscripta à principio usque ad finem, eadem ma-  
 nu, eodem atramento, servatis linearum justis spatiis atque di-  
 stantiis, nullo adjectionis vestigio) unde *primus* hujus scriptu-  
 ræ *exarator*, non aliquis posthumus *emendator*, imperitè inse-  
 ruit æram Salvatoris incarnati.

\*\* Mabillonius lib. 2. cap. 26. num. 5. cum Papebrochio pronuntiat,  
 in literis Regum Merovingicorum *indictionis* usum non fuisse.  
 Et præcedente cap. 24. sic docet: „ Franci, ut ab Imperii  
 „ legibus se se immunes profiterentur, neque consulum, ne-  
 „ que *indictionis* rationem habuerunt, sed tantum Regum suo-  
 „ rum, à quorum principatu seriem temporum numerabant:  
 „ regnantibus apud Italos *Pipino & Carolo* cum annis eorum  
 „ *indictionis* usus servatus est. Jam verò post adeptum Occi-

„ dentis imperi  
 „ peratorio us  
 Utrum *indictio*  
 ne, *sequentes* ex  
 si positos per 1  
 habebis *indictio*  
 „ 3., & erit in  
 „ 3., eruntque  
 „ ma. Applic  
 „ 3., eritque indi  
 deo, cur *Mafew*  
 Concordat enim  
 Francica incepit  
 Sept., & annu

Dicit charta 4.)  
 quod apertum  
 stendit.\*

\* Dagobertus I. Cblo  
 Austrasie regnum  
 „ NO TRIGES  
 „ tum filium su  
 „ regni fecit, eu  
 „ nens sibi, quod  
 „ Burgundiam ex  
 lastici variant; alia  
 alia annum triges  
 tur, annus *secundu*  
 no Christi 646.; r  
 Christi 621. & tri

„ dentis imperium , Carolus M. indictionis usum more im-  
 „ peratorio usurpavit, ejusdemque exemplo Franci omnes.  
 Utrum indictio aliqua diplomatis cum anno Christi incidat, nec  
 ne, sequentes explorabunt regulæ : „ 1) Divide annos Chri-  
 sti positos per 15. 2.) Numero, qui supererit, adde 3., &  
 habebis indictionem. 3.) Si nullus supererit, pone tamen  
 „ 3., & erit indictio tertia. 4.) Si supererint 13., adde his  
 „ 3., eruntque 16. ab his 16. detrahe 15., & erit indictio pri-  
 „ ma. Applica: divide 646. per 15., remanebit 1., adde  
 3., eritque indictio *quarta*, ut habet diploma; igitur non vi-  
 deo, cur *Masenius* notaverit, quod nec ipsi sibi anni satis constant;  
 Concordat enim indictio IV. cum A. C. 646.; indictio autem  
 Francica incepit annum suum ab VIII. Kal. Octobris, sive 24.  
 Sept., & annus Incarnationis à 25. Martii.

XIII.

Dicit charta 4.) *Anno Regni domni Dagoberti SECUNDO*,  
 id quod apertum antichronismum cum anno Christi 646.  
 ostendit. \*

\* *Dagobertus I. Chlotbarii II. filius*, accepit à patre vivo primùm  
*Austrasiæ* regnum, ut habet *Aimonius* lib. 4. cap. 8. „ AN-  
 „ NO TRIGESIMO NONO regni sui Chlotarius Dagober-  
 „ tum filium suum, ex Bertherude susceptum, consortem  
 „ regni fecit, eumque super Austrasios regem instituit, reti-  
 „ nens sibi, quod Ardenna, & Vosagus versùs Neustriam, &  
 „ Burgundiam excludebant. “ Exemplaria *Fredegarii* Scho-  
 lastici variant; alia MS. enim habent annum *trigesimum octavum*,  
 alia annum *trigesimum nonum*; quicumque autem annus eliga-  
 tur, annus *secundus* hujus regni Dagobertini non quadrabit an-  
 no Christi 646.; nam annus *Chlotbarii II.* trigesimus octavus erat  
 Christi 621. & trigesimus nonus 622., ut probat *G. Henschenius*



in *Exegeſi præliminari* cap. 2.; annus itaque *ſecundus* regni *Dagoberti I.* fuit aut an. C. 622, aut 623. Teſte autem *Fredegario* cap. 56., *Chlotbarius II.* obiit anno regni ſui 45., Chriſti 628., quo *Dagobertus I.* fiebat monarcha totius *Franciæ*, anno regni ſui, ut ſcribit *Fredegarius* cap. 58., *ſeptimo*, *habens* adhuc reginam *Gomatrudem* ſterilem, poſt mortem patris, relicta *Gomatrude*, in *Reginam* ſublimavit *Nantildem*, ſed mox anno regi ſui *octavo*, i. e. Chriſti 629. ſtratui ſuo adſcivit *Ragnetrudem*, eoque adhuc anno ex hac genuit filium *Sigebertum III.* Moritur *Dagobertus I.* anno regni ſui 16. ut ex *Fredegario* refert *Aimoinus* lib. 4. cap. 33., conſequenter Chriſti 638. Quomodo ergo annus Chriſti 646. erat annus *ſecundus* regni *Dagobertini*?

XIV.

Agnoscens hoc *Eckardus* *Rer. Franc. Tom. I. lib. XV. num. 4.* ſcribit, datum hoc corrigendum, interpolationes verò *impoſtoris* removendas eſſe, ita, ut legatur: *VII. Kalend. Septembris anno regni Domini Dagoberti II. Actum Treviris in Dei nomine feliciter \**

\* Verùm 1.) jam ſupra monui, non eſſe *adjectitia* poſterioris cujuſdam manûs *verba*, ſed coeteris omnibus *coæva*; proinde ſi iſtæ interpolationes ſint ſpuria, totum instrumentum erit tale, ut pote non eâ ſcriptum ætate, cui verba *Data* concordarent. 2.) In originali non eſt *Dagoberti II.*, ſed *Dagoberti ſecundo.*

XV.

*J. Maſenius* in *Not. 13. num. 22.* diploma ex hoc laqueo trahere conatur, dicendo 1.) Annos regnantis *Dagoberti* eſſe incertos. 2.) Principia regnandi ab aliis deſumpta eſſe à morte patris *Chlotharii*, ab aliis, & præcipuè incolis regni *Auſtraſiæ*,

exordio regni Au  
annos confuſiſſe  
ſignet. 4.) San-D  
berti diplomata, ſu  
Veruntamen ad  
perinenter & co  
gni. Prior cap.  
fluvio ventris  
nyſii delatus,  
4. cap. 33. " I  
nis XVI. glor  
Kal. Febr.  
ni, quod dedit F  
ſub meſe Januar  
ria, qui dedit  
pe, Lunchwic  
vanc, Loaviam,  
tant verò ambo à  
ſecundum regni Au  
ſecundum regni tot  
nunquam annus  
nos XVI. regnâſſe  
Audiamus deſuper  
villoniam in ſupple  
Dagobertum ann  
Sed, cùm annis ſe  
ſedecim annos ab  
cùm ſententia eſt  
quo vivente pat  
merandos exiſtim  
ſtici poſiſſimùm  
ipſius Regis æqu

ab exordio regni Austrasiani ; 3.) Alios denique regni & vitæ annos confudisse cum *Ivone Carnotensi*, qui ipsi 44. annos assignet. 4.) San-Dionysianos monachos proferre quædam *Dagoberti* diplomata, sub anno regni XXV. imò XXX. \*

- \* Veruntamen ad 1.) *Fredegarius* Sæc. VIII. & *Aimonius* Sæc. X. pertinenter & concorditer *Dagoberto* I. assignant annos XVI. regni. Prior cap. 79. „ Anno regni sui XVI. Dagobertus pro-  
 „ fluvio ventris ægrotare coepit, exindèque ad Basilicam S. Dio-  
 „ nyfii delatus, post paucos dies emisit spiritum. Posterior *lib.*  
 4. cap. 33. „ Porrò inclytus Rex Francorum Dagobertus, an-  
 „ nis XVI. gloriosâ functus regni administratione . . . XIII.  
 „ Kal. Febr. (eundem diem habet *Necrologium* S. Maximini, quod dedit *Prodromus* Hist. Dipl. Trevir. Tom. 2. pag. 967. sub mensè Januario : „ XIV. Kal. Dagobertus Rex piæ memo-  
 „ riæ, qui dedit Ecclesiæ S. Maximini curtes, Idene, Kirfep-  
 „ pe, Lunchwich, Riol, Vallis, Polich, Budelacum, Tal-  
 „ vanc, Loaviam, Decimam) diem clausit extremum. Computant verò ambo à regno *Austrasiæ*. Ad 2.) Si sumpseris annum *secundum* regni *Austrasiæ* erit annus Christi 622., aut 623. ; si *secundum* regni *totius reliquæ Franciæ*, erit annus Christi 629., nunquam annus 646., etiamsi darem, Dagobertum ultra annos XVI. regnâsse, sive in solâ *Austrasiâ*, sive in totâ *Franciâ*. Audiamus desuper clarissimâ demonstratione arguentem *J. Mabillonium* in supplemento ad rem diplomatic. cap. 7. num. 2.  
 „ Dagobertum annis sedecim regnavisse, constat apud omnes.  
 „ Sed, cùm annis sex cum patre Chlothario regnaverit, alii hos  
 „ sedecim annos ab obitu patris, quæ Sigeberti, ejusque sequa-  
 „ cium sententia est, i. e. ab anno 628., alii ab anno 622.,  
 „ quo vivente patre ad sex annos, Rex *Austriæ* dictus est, nu-  
 „ merandos existimant. Hæc controversia *Fredegarii* Schola-  
 „ stici potissimùm auctoritate dirimenda est. Atqui hic autor,  
 „ ipsius Regis æqualis (*intellige suppar*) Dagoberti sedecim

„ illos annos, non ab obitu Patris, sed ab eo anno, quo Rex  
 „ Austriæ vivente patre renunciatus est, manifestè numerat,  
 „ etque decem tantum annos post mortem patris tribuit: id luce  
 „ clariùs patet ex ipsâ ejusdem Chronici continuâ serie, in quo  
 „ Fredegarius, numeratis Dagoberti in Austriâ, vivente Chlo-  
 „ tario patre, sex regni annis septimum ejusdem statim à patris  
 „ obitu computat, nec plures, ut mox dicebam, quam decem,  
 „ in consequentibus numerat, ut ex prædicti Chronici lectione  
 „ quivis facillè intelligere potest. Si ergo Chlotarius anno  
 „ 628., ut omnes eruditi modò consentiunt, fato functus est;  
 „ cum Dagobertus eius filius annis tantum decem supervixe-  
 „ rit, eum anno 638. obiisse consequens est. Proinde ad 3) Hi  
 „ Scriptores inutiles sunt, utpote prorsus exorbitantes. Ad 4.)  
 „ Non *omnia* (sunt autem permulta) San-Dionysiana diplomata  
 „ recepta sunt pro veris; & siquidem tale aliquod inter ea foret,  
 „ procul dubio non mereretur fidem authentici.

XVI.

Dicit carta 5.) *Per manus GRIMOALDI majoris domus*  
*regiæ, quæ ulterior suppositi partus convictio est.* \*

\* Nam *Grimoaldus* filius *Pipini* Landensis, Majoris domus sub  
*Dagoberto I.*, modò factus est Major domus per *Austrasiam* sub  
 regimine *Chlodovæi II.*, & matris *Nantbildis*, reginæ tutricis,  
 teste *Aimonio* lib. 4. cap. 38. *Evoluto anno* (nempè tertio regni  
*Chlodovæi*, ut habet cap. 37. videl. anno 631. finito), *Pipinus*  
 „ *diem obiit.*... At verò *quidam Otho.*... sperabat, se Comitem  
 „ Palatii fieri posse... Idcirco, dum *Grimoaldum* paulatim de-  
 „ spicere, nec jam odium adversus eum conceptum velare,  
 „ imò crebro contemptu sese manifestum cœperat demonstrare  
 „ adversarium, *Grimoaldus*, paternæ amicitiae prærogativâ  
 „ *CUNIBERTO* Pontifici jam dudum confederatus, molie-  
 „ batur

„ batur *Othone*  
 „ plere, exostum  
 „ quo idem *Otho*  
 „ factus est, &  
 „ MAJOR DOMUS  
 „ TUS. „ Quomodo  
 „ domus jam sub D  
 „ expeditum fuisse  
 „ dignitatem modò  
 „ fuerit?

Pro autoritate es  
 J. Masenius loc. cit  
 dem, nempè innova  
 e tenore toto infer  
 no 1307. Parisiis fact  
 firmatio, quæ nihil  
 trumento legale effi  
 „ Noloit *Philippus R*  
 „ presbè ibi protestat  
 „ confirmationem  
 „ na, nullum jus n  
 „ vel ipsis aut aliis  
 „ rari. „ Censet Al  
 „ giographos *Luxemb*  
 „ pylæi *Papebrochian*  
 „ fuisse exhibitum *no*  
 „ ut renovaretur; quia  
 „ tione, ne hodie quide

„ batur Othonem pellere palatio. Sed, cum id nequisset ex-  
 „ plere, exofum eum Leutherio Alemannorum effecit duci, &  
 „ quo idem Otho decimo Sigeberti Regis anno ( 642. ) inter-  
 „ fectus est, & GRIMOALDUS IN LOCUM PATRIS  
 „ MAJOR DOMUS IN AUSTRIÆ REGNO INSTITU-  
 „ TUS. „ Quomodo ergò potuit per manum ejus *quà majoris*  
*domûs* jam sub *Dagoberto I.*, nedum anno regni hujus *secundo*,  
 expeditum fuisse istud diploma; cum ægrè & ferius ad hanc  
 dignitatem modò sub filio *Dagoberti, Chlodovæo II.*, eluctatus  
 fuerit?

XVII.

Pro autoritate *extrinsecâ* hujus Horreenfis diplomatis addu-  
 cit J. *Masenius* loc. cit. num. 10. judicium Curiaë Franciæ de  
 eodem, nempè innovationem ejus, in *formâ*, ut ajunt, *specificâ*,  
 five tenore toto inserto, à Rege Galliaë, *Philippo IV. pulchro*,  
 anno 1307. Parisiis factam. Sed pura nuda fuit innovatio, talisque  
 confirmatio, quæ nihil novi juris tribuit, neque ex suppositio  
 instrumento legale efficit. \*

\* Noluit *Philippus* Rex judicium de ejus authenticâ ferre; imò ex-  
 pressè ibi protestatur : „ per hanc autem renovationem, &  
 „ confirmationem dictis religiosiis, vel aliæ cuicumque perso-  
 „ næ, nullum jus novum acquiri quomodocunque volumus,  
 „ vel ipsis aut aliis quibuscunque aliquod præjudicium gene-  
 „ rari. „ Censet *Alexander Wiltbemi* S. J. in Epist. ad Ha-  
 giographos Luxemburgo an. 1670. 24. Nov. datâ, atque Pro-  
 pylæi Papebrochiani caput 5. explente, *Philippo* Regi non  
 fuisse exhibitum *nostrum*, de quo quæritur *diploma*, sed *aliud*,  
 ut renovaretur; quia diploma nostrum non indigebat renova-  
 tione, ne hodie quidem; cum sit prorsus sanum, non fractum.

non pallidum, ita, ut legi commodè possit, qualia documenta non solent renovari, sed illa duntaxat, quæ vetustate nimia interirent; præsertim cum in parte narrativâ regiarum litterarum oratrices Irminenſes posuerint, “ ut, cum propter ipsius “ vetustatem privilegii suo monasterio possit in proximo dis- “ pendium imminere, privilegium ipsarum renovare miseri- “ corditer dignemur. „ Sed, cum tenor sit idem, qui nostri, non est hic acutiùs illis immorandum, quæ styli formularis sunt : potiùs credo, quòd Horreenſis Parthenon per hanc renovationem intenderit quærere protectionem regiam, maxime si tunc habuerit adhuc illa prædia in Laudunensi Episcopatu, aut, si deperdita jam fuissent, eadem manu regiâ recuperare voluerit; sed retulisse nihil, quàm simplicem innovationem, & confirmationem, nihil novi juris tribuentem, juxta ordinariam regie Cancellariæ formulam.

## XVIII.

Habent Horreenſes Dominæ adhuc aliud documentum, quod & *Masenius* & *Wilthenius* scribunt se vidisse; ediditque Propylæum cap. 2. num. 25., \* necnon *Diatriba* Henschenii de trib. *Dagobert.* lib. 2. pag. 108. In hoc plurium linearum interpolatio, nempè *descriptio limitum*, conspicitur inter verba anteriora: *Walcheim, Speia,* & subsequencia nostri diplomatis: *cum terris cultis & incultis.* \*\* Cætera prorsùs consonant; quamvis *Papebrochius*, à *Masenio*, nostrum minùs plenè edente, deceptus, crediderit, in nostro non legi verba: *per manus Grimoaldi majoris domùs*, neque repeti *Tò actum ante Tò Treviris*,

\* Sic autem ibidem num. 26. describitur: „ eâdem prorsùs manu scriptum est; nec sigillum, nec sigilli vestigium exhibet;

mundioris per  
obſoletioris.  
Walcheim, Speia  
& sic ubi agri  
ripam Dinkho  
falckenborne  
dicitur Retwe  
de Cameric,  
den, & inde u  
S. HUMBER  
buche, & inc  
ubi BURE t  
pam, quæ c  
gere, & sic fu  
debertschiber  
cum terris cul  
minuta limitum  
pis: fons S. Hum  
dum potuit esse,  
30. annis, ut calc  
loca ista, quorum  
gè infra Treiros  
latim cuspidatur  
gelborn, propè qu  
inferiorem ad Rho  
tractu nihil propri  
Quid ergò? si ca  
sem sanè, pro ge  
hinc generabitur  
sequam.

„ mundioris pergameni est, illud verò, cui adhæret sigillum,  
 „ obsoletioris.

\*\* Walcheim, Speia, “cujus termini incipiunt in Difenidene,  
 „ & sic ubi agri coli possunt, & sic usque Entire, & inde in  
 „ ripam Dinkholter, & inde sursùm ripam usque ad Alden-  
 „ falckenborne, & sic usque ad Spalden, & inde ad viam, quæ  
 „ dicitur Retwech, usque Richenheiden, & inde inter silvam  
 „ de Cameric, & Breidenwisen, & sic inferiùs usque Beihei-  
 „ den, & inde usque Engelmannescuren, **ET AD FONTEM**  
 „ **S. HUMBERTI**, & ad Engelburne, & sic usque ad Alden-  
 „ buche, & inde per rectam viam usque ad Odenburne usque  
 „ ubi BURE terminatur, & inde in Gisenhelden usque ad ri-  
 „ pam, quæ cadit super molendinum, & inde usque Engel-  
 „ gere, & sic superiùs usque viam saxorum, & inde usque Fre-  
 „ debertischiben, **USQUE IN RENUM - BRUNICHE**,  
 „ cum terris cultis, & incultis &c. ùt in nostro. Aliena est tam  
 minuta limitum descriptio à brevitare diplomatum primæ stir-  
 pis: fons *S. Humberti*, Abbatis Maricolensis, anno 646. non-  
 dum potuit esse, utpote viri *Dagoberto* I. posterioris ad minus  
 30. annis, ùt calculat *Wiltbemi* loc. cit. num. 47. Cæterùm  
 loca ista, quorum pleraque antiquata sunt, quærenda puto lon-  
 gè infra Treviros, ubi terra, Mosella ac Rheno conclusa, pau-  
 latim cuspidatur, à monasterio virginali *Engelport* fortè tunc *En-  
 gelborn*, propè quod est *Buren*, usque ad *Speiam* superiorem, &  
 inferiorem ad Rhenum infra *Bodobrigam*; de quo considerabili  
 tractu nihil proprietatis superest *Horreen*sibus.

XIX.

Quid ergò? si carta ista per omnes ingèni vires, quod op-  
 tâsem sanè, pro genuinâ salvari non possit, sicut non potest;  
 an hinc generabitur præjudicium perillustri *Parthenoni*? Ne-  
 quaquam. C 2

\* Imò verò probabit in judiciis; quia fabricator formæ achronæ, & abformis suo tempore scivit, sive ex residuis cedulis, sive ex actuali possessione, hæc loca pertinere ad Horreense monasterium; nova ergo dominia non intendit per falsi crimen quærere, sed antiqua solùm titulo scripto munire: quæ de his locis amiserunt Horreenfes Dominae, non recuperabunt hodie, ut maximè genuinum esset hoc Dagobertinum, præscriptione tot sæculorum obstante, quæ verò retinuerunt usque modò, retinebunt quoque deinceps ob immemorialitatem temporis.

## XX.

Prostant adhuc alia duo *Dagobertina* diplomata in monumentis nostri Treviratûs, videlicet 1.) *Archiepiscopale* pro S. *Modaldo* Trevir. Archiep. & 2.) *San-Maximinianum* pro *Memiliano* Abbate. Verùm prius, nunquam aliter, quàm per copias, easque *dissonantes*, in- & extra judicia productum, tot laborat exceptionibus, ut *Rmus & Excellmus Stator* *Histor. Diplom. Trevir. Hombemius Suffraganeus* Tom. I. pag. 77. ingenuè fateatur: *fidem hujus cartæ tot & tam solidis argumentis oppugnavit artis criticæ parens Zyllesius, ut rationem non inveniam, quâ ea sustineri valeat.* \*

\* 1. Defunt dies, & locus. 2.) Exemplaria quædam posuerunt, insolito ejus temporis more, annos *Incarnationis Dominicæ*, & quidem 3.) annum 643., quæ non vixit amplius *Dagobertus*. 4.) dicitur interfuisse actui concessionis *Principius*, *Spirensis* Episcopus, qui modò anno 653. ad hanc cathedram pervenit, utpote 25. an. sedens, & anno 678. mortuus &c. *Nic. Zyllesius* hoc quoque suppositionis signum addit, quòd in subscriptione totum nomen *Dagobertus* expressum sit, quasi eâ ætate, & centenis etiam annis post, nullius Imperatoris, vel regis nomen

ullo in diplomate  
bilonium, ibi è  
juncto pag. 70.  
gram nomen: D  
æs incisum sub  
ex cap. ad audien  
enim laborare Ma

San-Maximinianum  
in Propylæo pro exe  
di tam propicius 7. M  
vincere non poter  
tec eorum aliquo labo

\* „ Lib. 3. de Re d  
„ S. Maximini pri  
„ tis res ageretur  
„ abstinuissem, co  
„ diosi judicium f  
„ petrobium) ho  
„ proponat, vere  
„ rum diplomatur  
„ ria argumenta,  
„ SPECTUM effi  
„ xi, decretoriam  
„ quoque, eundem B  
„ in Abbatiâ S. Maxi  
„ poris Trevirorum  
„ Chartularii San-Ma  
„ abbatiâ discessisse.

ullo in diplomate ad longum scribi solitum sit. Sed lege *Mabilonium*, ibidē nque tam pag. 374., quàm in *Supplemento* subjuncto pag. 70. in excusis cartis Dagobertinis subscriptum integrum nomen: *Dagobertus Rex sub &c.*, ut exhibet nostrum æs incisum sub Lit. E. & F. Nullius ponderis aliud affert ex cap. *ad audientiam* 11. x. de rescript. à vitiis grammaticæ; his enim laborare *Merovingica*, & alia supparia, omnibus constat.

XXI.

San-Maximinianum *Dagoberti I. Papebrochius*, & *Wiltbemius* in Propylæo pro exemplo & regulâ proponunt. Sed non fuit ei tam propitius *J. Mabillonius*; \* quanquam illud suppositionis *convincere* non potuerit \*\*. Et fanè nullo certo, apertoque vitio, nec eorum aliquo laborat, quibus reliqua duo nostra Dagobertina.

\* „ Lib. 3. de Re diplom. cap. 1. num. 2. *ubi*: Si in expendendo  
 „ S. Maximini privilegio Dagobertino unius tantum diploma-  
 „ tis res ageretur, ab ejus censurâ facilè, & quidem lubenter,  
 „ abstinuissē, contentus exposuissē regulas, quibus de eo stu-  
 „ diosi judicium ferre possent. At, cū vir doctus (*putat Pa-*  
 „ *pibrochium*) hoc diploma pro cæterorum exemplari nobis  
 „ proponat, vereor, ne si ejus nævos dissimulavero, vero-  
 „ rum diplomatum periclitetur fides; quapropter hoc loco va-  
 „ ria argumenta, ob quæ diploma istud mihi MAXIME SU-  
 „ SPECTUM efficitur, eruditis proponere in animum indu-  
 „ xi, decretoriam eis permittendo sententiam. “ Traditur  
 „ quoque, eundem Benedictinum Gallum, dum sui studii subsidia  
 „ in Abbatia S. Maximini præfens quæsiverat, ac, pro illius tem-  
 „ poris Trevirorum in Gallos diffidentia, obtinere inspectionem  
 „ Chartularii San-Maximiniani non poterat, parum contentum ab  
 „ abbatiâ discessisse.



\*\* Decem profert argumenta *Mabillonius*, 1.) à verbis initialibus: *in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti*, quæ dicit, in diplomatibus aliis primæ stirpis, nedum *Dagoberti*, non inveniri. 2.) Quòd *Dagobertus* loquatur per *Ego* præmissis verbis: *omnium Christianorum noverit industria, qualiter ego Dagobertus*, cùm cæteræ ejus cartæ incipiant absolutè: *Dagobertus Rex*. 3.) Ævum illud non sapere verba: *Episcoporum meorum, & de parte meâ*. 4.) Versiculum: *Mandans ei, ut diligenter inquirat, &c.* cum subjunctâ materiâ facti abhorrere penitè sibi videri à formâ diplomaticâ. 5.) Ante sæc. X. & XI. inusitatum esse modum hunc: *cum consilio & rogatu meorum Principum*. 6.) Ab incognitâ ævo *Dagobertino* clausulâ: „ & ut „ istius cartulæ confirmatio firma in ævum permaneat, de „ scribi eam præcepi, & nostro sigillo eam inde firmavi. 7.) *Formulam*: „ Actum pridie nonas Aprilis anno regni nostri „ XII. feliciter, “ esse alienam ab usu *Merovingicorum*, insuperque contra morem *Meroveadum & Carolingorum*, quòd *Data* præcedat signaturæ nominis *Dagoberti*. 8.) Locum dati diplomatis nullum inveniri, in quo sanè festinavit *Mabillonius*, cùm clarè posita sit *Moguntia*. 9.) A monogrammate, cujus usus rarus in *Merovingicis*, ad hæc *Dagobertus* scribendi peritus fuerit. 10.) a) *Abnormen* esse *Cancellarii* subscriptionem, b) *Archicapellani* nomen pro *summo Cancellario* non fuisse adhibitum ante sæc. X. c) Per *Heriveum* *Cancellarium* videri significari *Remensem* Archiep., per *Ricolpbum* *Archi-Capellanum Ricolpbum*, *Moguntinum* Archiep., qui ambo post *Dagobertum* vixere. Ex quibus prædictus censor alternativè concludit sic: „ sanè, quæ mox commemoravi, affatim demonstrant, diploma illud *Dagobertinum* AUT spurium esse, AUT certè „ non esse tantæ autoritatis, ut pro vero ac legitimo aliorum „ diplomatum exemplari proponi possit, aut debeat. Si quis „ tamen hos mihi nodos solvere valeat, magis favorabilem sententiam ultrò amplectar. „ Verùm his responderi potest

paucis, non  
tra formam  
gillum, nihil  
habeat annum,  
cap. 6. x. de  
parenga esse  
quæ in *Neustria*  
canda, sed affe  
has exceptiones  
disset cum *San*  
buiset ad mel  
nunquam perf  
proposuerunt  
cæterorum in  
quoad character  
cultatem inven  
i. e. inferioris  
pellani, quem vo  
equivoci nomi  
goberti annos re  
sum tempore hui  
pylai cap. 2. num  
Et sic finio, quod  
bus initurus gra  
contrahendo, lee  
prohioribus, qu  
  
A  
Cancellar. de *Ludewig* To  
viri *Dagobertinum* H  
in bellis diplomatic. pag. 25.  
Ibid. 4. num. 145.  
Annal. Bened. lib. 16. p.  
ANDEM SIT, valet salter

paucis, non potuisse *Mabillonium* afferre quidquam *contra formam characterum hujus Dagobertini*, nihil *contra sigillum*, nihil *contra temporis rationem*, cum, præter locum, habeat annum, nec quidquam eorum, quæ continentur in cap. 6. x. *de fide instrum.* contra documenta: cætera parerga esse accidentia, non ex iis præcisè documentis, quæ in *Neustriâ*, sive occidentali Franciâ, scripta sunt, dijudicanda, sed afferri debere stylum *Austrasiano* contrarium; esse has exceptiones ejus generis, ut, si judicio *Mabillonius* contendisset cum *San-Maximinianis*, iudex eum saltem remittere debuisset ad meliorem suppositionis illatæ probationem, quæ nunquam perficietur. *Antverpienses Hagiographi* autem non proposuerunt istud *San-Maximinianum* diploma pro norma cæterorum in omnibus; sed contraposuerunt solum *Horreenfi* quoad *characterem, monogramma, datam*. Quod hi ipsi difficultatem invenerint in nomine, non tam *Herivæi* Cancellarii, i. e. inferioris cujusdam officialis regii, quàm *Ricolfi Archiepiscopi*, quem voluerunt intelligi *Colonensem Archiepiscopum* æquivoci nominis, cujus ætas incerta est, huncque ad illos *Dagoberti* annos retrahere, cum viderint, *Moguntinum Ricolfum* tempori huic non quadrare, hoc satis ipsi innuerunt in *Propylei cap. 2. num. 24.*

Et sic finio, quod non inveni, sed collegi, hanc saltem à lectoribus initurus gratiam, quod rem, quæ est, in paucas paginas contrahendo, lectoris labori in conquirendis & legendis libris prolixioribus, quos non quivis habet, succurrerim,

### ADMONITIO.

*Cancellar. de Ludewig Tom. I. Reliquiar. MSS. in præfat. §. 32. scribit, J. Mabillonium veri Dagobertinum Horreense, quin locum citet. Clar. Baringius de Scriptorib. & bellis diplomatic. pag. 25. num. 17. ponit eundem inter defensores ejus, citatque Rei diplom. lib. 4. num. 145. pag. 331. Sed inter Mabillonii opera non invenitur: imò verò Annal. Bened. lib. 16. pag. 534. num. 66. ait: quod diploma, QUAECUNQUE TANDEM SIT, valet saltem ad designandas possessiones antiquas monasterii Horreenfis.*

P A R E R G A.

I. *Jus naturæ* non est *jusus naturæ*, sicut est *jus Dei*, vel *hominum*, sed *simplices veritates* per lumen rationis notæ.

II. Veritates naturales aut sunt *theoricæ*, v. g. triangulum constant tribus angulis, aut sunt *practicæ*, v. g. Deo est exhibenda religio, patriæ & parentibus est parendum.

III. Quàm parùm veritas *theorica* per lumen naturæ sic intellectui nostro proponitur: *Deus dicit, triangulum constare tribus angulis*; tam parùm veritas *practica* & *moralis* sic: *Deus jubet, patriæ, & parentibus esse parendum.*

IV. Hinc conclude, quid sentiendum sit de illâ vulgari thesi: *jus naturæ est lex æterna Dei, nobis per rationem promulgata.*

V. Jus canonicum *medii ævi* in quibusdam malè correxit legem civilem, in quibusdam optimè.

VI. Quo ad detractionem *legitimæ* simul & *Trebellianicæ* non est differentia inter jus *canonicum* & *civile*.

VII. Jus canonicum sustinens in *cap. 10. de Testam.* consuetudinem, quâ valuit testamentum, coram paroco & duobus testibus conditum, superatum est à plurimorum locorum consuetudine contrariâ.

VIII. Dispositio Novitii, facta *per modum testamenti*, corrumpitur & rumpitur per professionem religiosam, etiamsi Ordo in communi sit incapax domini.

IX. Merum *usum facti*, sine quovis *usu juris*, meritò admittere noluit *Joannes XXII.* in *Extrav. ad conditorem* de V. S.

X.

X. Jus civile Justiniani patriæ; neque tamen ex consuetudinibus præcis

XI. Unde purus legista vocatus.

XII. Conceptores juris libidinarii juris Germanici operire non potuerunt.

XIII. Relinquendo contenti, usum fructum in

XIV. Tacendo verum virensium, dominis eorum dram domini opinionem

XV. Principi seculari perit.

XVI. Jus episcopale dando, & judicando, potest in subditos protestans in Catholicos.

XVII. In territorio dominorum, altero imperii competens.

XVIII. Divisio feudalis hereditarium, non

XIX. Argutias fecerunt, & masculis descendunt.

X. Jus civile *Justinianæum* damna intulit *Juri Germanico*, & patriæ; neque tamen sufficit ad quotidianos processus, qui ex consuetudinibus *priscis Germaniæ* oriuntur.

XI. Unde *purus legista Justinianæus* inutilis est *judex*, & *advocatus*.

XII. *Conceptores juris statutarii Trevirensis* voluerunt esse *libitinarii juris Germanici in Treviratu*, sed totum cespitem suo operire non potuerunt.

XIII. Relinquendo *conjugi superstiti*, ad *secundas nuptias* trans-eunti, *usum fructum in bonis defuncti*, *reipublicæ* nocuerunt.

XIV. Tacendo *veram conditionem bonorum rusticorum Trevirensium*, *dominis eorum jus suum* offuscârunt, *rusticis finitram domini opinionem* inspirârunt.

XV. *Principi seculari non jus, sed protectio sacrorum*, competit.

XVI. *Jus episcopale dominus territorii catholicus*, tam *ordinando, & judicando*, quàm *dispensando*, exercere in *Germaniâ* potest in *subditos Protestantes*, non *vice versâ dominus Protestans* in *Catholicos*.

XVII. In *territorio pro indiviso communi* non potest alter *dominorum*, altero invito, exercere *jus reformandi*, ex *praxi Imperii* competens.

XXIII. *Divisio feudi in personale, ex pacto & providentiâ, & hæreditarium*, non est accurata.

XIX. *Argutias fecere, qui formulas istas distinxerunt: pro te, & masculis descendentes tuis: pro te, & masculis hæredibus tuis.*

man  
Anno

XX. Filius non potest succedere in feudo, si nolit esse patris hæres allodialis, etiamsi investitura dicat: *pro te & filiis tuis*, non addendo: *hæredibus*.

XXI. Forma processûs criminalis tutissima est *accusatio*, periculosissima *inquisitio*.

XXII. Ex processu informativo, qui basis est processûs formalis criminalis, non licet accusanti, vel inquirenti extrahere *ea sola*, quæ resultârunt *contra reum*, nec, si historia facti sibi contradicat, unam præplacentem seligere.

XXIII. Non communicari nomina, & dicta testium inquisito, vel accusato, praxis nonnullorum tribunalium durissima est.

L. O. H. D.



XXIII. Divisio feudi in hereditatem, ex pacto & prescriptione, & hereditatem, non est secunda.  
XIX. Arguas rectore, qui formulas illas distinxerunt: pro re, & successu deservientibus tuis: pro te, & successu hereditatis.

PRO DIE 10  
A ME  
AUDITORIO M  
EXE  
JUR  
ENTAMI  
PRÆ  
PROPOSITIS  
GEORGIO C  
U. D., & ad Ss. T  
nam Professore ordie  
neonem Canonico c  
& Serenissimi Archie  
Consiliario inti  
NOBILIS, O  
D. JOANNES  
Valle Ehrenbreitstein  
mus, Juris utriusque  
Augusta Trevivorum,

